

maiestá- tis tri-búnal pi- is pré-ci-bus nos Pater  
áduva. Cant. Magní- ficit. e u ó u a e.

DIE XIV. JANUARII.

S. HILARII EPISC., CONF. ET ECCLESIAE DOCTORIS.  
DUPLEX. Oratio.

**D**eus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Hilárium  
minístrum tribuísti : præsta, quæsumus, ut quem  
doctórem vitæ habúimus in terris & intercessórem habére  
mereámur in cælis : Per.

DIE XV. JANUARII.

SANCTISSIMI NOMINIS JESU.  
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Ps. Ant. j. toni. OMNIS, qui invocá-ve-rit nomen Dómini,

salvus erit. Ps. Laudáte pú-eri Dóminum. e u ó u a e.

Capitulum. Philipp. 2.

**C**HRISTUS humiliávit semetípsum factus obédiens usque  
ad mortem, mortem autem crucis : propter quod et  
Deus exaltávit illum & et donávit illi nomen, quod est  
super omne nomen : ut in nōmine Jesu omne genu flectátur.